23/VIII Sabbatho in Vigilia Festi Sancti Bartholomaei Apostoli Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Jaworscy sibi Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Premysliens[ibus] Providi Andreas Siwaczek et Georgius Michylowicz Dubik, Fratres inter se Patrueles ab Una, et Petrus Petrassowicz Jaworscy partes
376 ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus[que] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti[que] Iurisd[ictio]ni Castrensi Capitaneali Premysliens[i] Iurisd[icti]oni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis quibusvis omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsive suo interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri, ac posteros Utriusq[ue] partis, se ac suos Successores, in et super bonis suis quibusvis omnibus Summisq[ue] pecuniis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus: Intercisam certam inter se Recognitas, ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in actis contentis confectam et conscriptam, manibus sui Recognitum propriis ab utrinque subscriptam. In omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis,

Vadio, ligamentis, ac nexibus generali Vniversis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et Singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit Satisfacere, In- terius autem praefatam, ad Inscriptionem praesentem roboratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praefactam Inter eiusdem Vicissim in toto referendo; idque Sub Damnis Ternis Simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis per partem partis, cum Successoribus Vtriusque partis ob non completionem contentorum Interius praefatae omnium et Singulorum, tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum Succumbendis. praequibus quidem Damnis Ternis Simpliciter taxatis modo praemisso ad solvendum Succumbitur, ac pro re aliqua principali ex con- tentis Interius praefatis non completa complenda, Itaque ex eius in rata pars Vna praemissa non tenens, sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius Successorum, ad officium praesens Castrensem Capitaneale Premisliense, extunc recessu Supposito, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare, Iuri parere, respondere, Damna praefata Terna simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac Successores suos ad eaque omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eius Terminos semper perem- ptorios Vera Infirmitate, praemaiori, minorennitate

Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari,
ad Munimenta, ad Exactorem vel alijs quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad Quaestionem
praeterea ultra praesentes officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis
terminos, dilationem sibi non accipiendo, nullasque Motiones
Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia a poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus
suspensionibus, fatalijs Iuris, proscriptione Terri, bello, Con-
vocationibus, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non
subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo.
Quae sua praesenti personali Recognitione ab ipsa [illegible] admisit.

Feria Secunda Ipso die Festi Sancti Aegidy Abbatis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

1/IX

Ratynski Okninskiemu Condescendit.

370 Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Casimirus Michael
Ratynski, Regens Cancellariae Castrensis Premisliensis
sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus,
Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus
recedendo, praesentibusque Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, vel consuetudinibus
et bonis suis praesentibus omnibus totaliter ac plenarie incor-
porando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per